



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

25. Dies Novemb. Sicut voluntas propria Dei, fons est rotius boni, sic propria voluntas hominis, totius exordium est mali. S. Anselmus libr. de simil. cap. 8.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Novemb.

Tessera.

941

ô amanti abscondi ! ô amato frui ! ô ludum amoris !
ô amabiles querelas ! ô homo ama, & fac quod vis !
ô anima ama, & amare, & postea dic, & fac quod vis,
ab amato , & in amante nihil displicet : si non vis, d
amor æterne à me amari indignissimo , cur te reddis
mihi tam amabilem ? amore tui cor ardet, anima lan-
guet, non languet amor, sed languet amans : quia vi-
get amor, ideo viget languor. O amabilissime Deus,
tu es Dominus meus, & ego subditus tuus ; quid jam
imperas Domine ? aliud nihil quam amorem ; O qui a-
leregnum Dei mei ! in quo regit bonitas , in quo lex,
amor est , & amare tributum est. O amabilissime
Deus ! quam bonus es, cuius imperium amor est. O
amantium Rex ! Tantinè est tibi amor meus, ut nisi
amem, oderis me ? & morte afficias me, eaque æter-
na ? ita scilicet carus sum , ut tantis minus ad amorem
me tui, id est ad felicitatem meam , compellas. O
Deus ! quid possum aliud quam amare te, non quia
minaris, sed quia ex amore minaris. O contumax ani-
ma, cede tandem minis divinis , & ama Dem tuum,
quem dum amas & minas evadis, & promissa conse-
queris, ac pro odio amorem, pro morte luceraris vita.
O amor meus ! quid humi repis, quid per solum ser-
pis, quid vagaris per infima ? Amor est ignis , igitur
ejus sphæra est sursum. Illic tuus sit amor, ubi cen-
trum est amoris, sit amor non transiens , sed adhæ-
rens; sit sincerus, & serius , & redibit serus : si quidem

Cedit amor verus, redamantis pectores serus.

25. DIES NOVEMB.

Sicut voluntas propria Dei, fons est totius boni, sic
propria voluntas hominis , totius exordium est
mali. S. Anselmus libr. de simil. cap. 8.

I. En

Voluntas I.

Dei, fons
boni; ho-
minis, om-
nis mali.

Nhīc gemina geminarum terrenarum inter jacet vallum, exordia; alterum, totius boni, voluntas propria Dei, alterum, totius mali, voluntas proprius hominis. Quantum est discriminem inter bonum, & malum, tantum est inter has duas voluntates. Ut Dein nos voluntati mancipemus, ac nostra renuntiemus, causa est quia omni jure sumus Dei, nullo nostri. Ipse nos emit, Ergo & nostram voluntatem hæc igitur non est amplius nostra. Emit nos prelio infinito; igitur jus in nos sibi vendicat infinitum, que propter infinitè nos illi subesse necessum est, hoc tanto jure sublata est omnis potestas voluntati quid ex se faciendi; hinc nullo jure, vel minimâ intentione hominis initio nostrâ permissa est voluntati. Quapropter, non potes vel temel, momento vel unico, movere vel lingua ut loquaris, vel articulos ut scribas, vel oculos ut videas, vel pedes ut incedas, vel manus ut labores, ad normam voluntatis tuæ, quinvis insignitè in Deum injuriis: quia contra omnes nefas, quod est omnium maximum nefas, violas jus, quod Deus infinitum habet in tuam voluntatem.

II. Deinde, gravissima, quæ nos urget ratio, & justissima quæ nos devineit obligatio, ut Dei obligeatur voluntati, hæc est, quia ipse est, qui est unicus istud, Deum esse, qui est, non solum nos excitat, sed obligat, quid dico? immò infert necessitatem, quidquid illi placet faciendi; quia hæc nostra est indoles voluntatis, in eoque est à Deo condita, ut naturæ impetratur in bonum, & illud amet: Jam vero, ex eo consequitur, ubicunque bonum sumnum, & bona omnia

vemb.
reruan
uoddam
rdia; al-
tas pro-
pria ho-
, & ma-
es. Ut
enuntie-
ullono-
ntatēm
osprelio
um; ea-
est, hoc
ari quid
terioris
Qua-
l unico,
ut /ca-
vel me-
quin lu-
noe fas-
i, quod
/ & ju-
olequa-
unicum
at, sed
ndquid
volun-
etufa-
confe-
omnia
con-
Novemb.

Tessera.

943

conjuncta reperiantur, si qualia in se sunt, talia cognoscantur, necessariò amari debent. Quid deinde? cùm amare nil sit aliud, quām benè velle, bonumque aliquod desiderare ei quem amamus: bonum autem alteri seriò velle, dici non potest, nisi qui (cùm potest) teipsa illud præstat: alioquin neque veram, neque sennam esse suam benevolentiam prodit, atque uti melius nihil amico aut velle potes, aut facere, quām quod illi placeo: ita, si Deum, ut pat est, prosequaris amore, necesse est in omnibus sequaris ejus voluntatē. Quidquid enim Deus juris habet, ut ametur, illud idem habet, ut ejus volūtati obtemperetur. Quæ cùm ita sint, ecquā tandem fronte ei oblectari, quammente ei refragari audemus? ubi ratio nostra sepulta jacet? ubi lex? ubi fas? ubi pudor? si tot obligationibus repugnare, tot titulos despicere, tot argumenta aspernari, tot jura violare non vereamur? per que ultimam impudentiā, & impudentissimam (quod non licet) licentiā, contra leges, & fas omne, vel ob famam, inanis gloriolæ, vel ob umbrā spurcæ voluptatulæ, malimus intollerabili nostro malo, obsecundare, voluntati nostre, quā incomparabilinōstro bono, obtemperare Divinæ.

III. His accedit, qui divinæ voluntatis implendæ est studiosè cupidus, ab omni miseria est prorsus eximus. Quid quæso turbat nos, aut cruciat, quām quod aut aliter eveniat, quām evenisse vellemus, aut quod error aliquis committatur, quem nollemus commisile. Qui suam voluntatem exuit, ab hoc malo est penitus immunis, atque adeò inter omnia damna indennis, & cùm nihil agat, quod actuū, sit puniendum, semper est impunis: nihil enim vel facit, vel capit quām quod fieri vult Deus: & cùm nihil illi mi-

nus

No
nus sit proprium quām voluntas propria, nihil mag
quām Divina, quidquid agit aut cupit, est divinum
at quam longè dispar est ratio illius, qui propriu
luntati pertinaciter connivet, eique in omnibus co
tumaciter arridet? Nam cūm desideria, conatus
suos undique videat, vel impetu vel everti, vel impa
ri, mult is illum necesse est doloribus impediri. Tu
præterea, cūm obterret noxios quos erravit errores,
insana, quæ ex cogitavit consilia, perniciosa, cū ob
secundavit imprudentiam, jam eum hinc confundit
pudor, inde invadit dolor & futuri mali involviti
moris. Simus utinam Divinæ voluntatis implendunt
studiosi, quām B. Magdalena de Pazzis, quæ, cū de
ea loquebatur, à sensibus abducebatur, fuitque in
cœli delitiis ebria, in quadam ecclasi sic loqueratur.
*Prob è nostri missione, à primis annis desiderasse me pl
vere tibi. Quòd si nunc intelligerem velle te ut atrum
apud inferos affligerer, hoc ipso momento, in istam sum
mas conjicerem:* Tunc ad sorores converla; non por
pitis quantam suavitatem habeat sola hac vocula, vo
luntas Divina? Denique.

Deus, querit adorari, non sibi dona dari.

26. DIES NOVEMBER.

Voluntas est, quæ aut remuneratur pro bono, aut
condemnatur, pro malo. *D. Chrysost. sup. March.*

Felicitas I. **F**ons ex quo manat omne in hu
minem bonum, vel malum, est
voluntas. Hæc si convertat se sem
per, ut ad solem heliotropium, ad
Dei voluntatem, cūm Deus sit omne bonum, in
eam confluet cornucopia omnium bonorum. Quid
magis posset esse è re nostra quam artem repe
nisse?